



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 11. Alexandri VII. Pontificis epistola ad Franciæ Episcopos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

Sæc. XVII., subsignatum apud ipsum deposui  
A. C. 1663. „mus. ,”

Quam parum autem promissi hujus  
amplitudini operis constantia, mēti-  
que sinceritas constiterit, in Histori-  
a progressu patebit,

### §. XI.

*Alexandri VII. Pontificis epistola ad  
Franciæ Episcopos,*

Literas igitur suas unacum præfatis  
Jansenistarum articulis Convene-  
sis Episcopus die decima nona Junii  
Romam transmisit, quibus perlegit  
Alexander Papa ad diem vigesiman  
primam Mensis sequentis Cardinalium  
Congregationem indixit, ut desuper  
deliberari posset: Censuere omnes  
ad quinque eorum articulos utpote am-  
bigue conceptos nihil esse responde-  
dum, cum Jansenistæ nil aliud que-  
rere viderentur, quam ut decipient  
& responsum blandiantur, quo pri-  
ores Constitutiones eludere possent, ut  
jam antea Hodencurtius Redonensis  
Episcopus in sua ad Rospiliosum Ca-  
dinalem data epistola monuisset haec  
prescribens, *Jansenistæ novam decisionem*  
*fors expediant, ut primæ effectum evitent.*  
*E*s fulmen, quod ipsis Regis iustitia inter-  
tat, avertant, lex promulgata est, cau-  
finita.

finita, sed non finitæ artes, dolique: Præ- Sæc. XVII.  
 terea in eadem Congregatione sancti A.C. 1663.  
 tum, quod Cardinalis Rospilosus ad Convenensem & Laudunensem Episcopos, quorum agendi ratio Romanis minus probabatur, epistolam nonnisi verbis humanioribus plenam perscriberet, quin ipsorum Zelum laboremque commendaret, ipsem vero Pontifex datis literis Episcoporum fervorem extolleret. Igitur Alexander VII. Papa ad eosdem has literas die vigesima nona Julii transmisit.

„Venerabiles Fratres Salutem &  
 „Apostolicam Benedictionem, ut nulli  
 „Vestrum incompertum est, quanta  
 „sollicitudine Innocentius X. felicis re-  
 „cordationis prædecessor noster Janse-  
 „nianam hæresim radicitus evellere  
 „conatus fuerit: quanta nos ipsi cura,  
 „& instantia idem propositum indesi-  
 „nenter prosequi non destiterimus; ita  
 „nobis probe compertum est, atque  
 „perspectum, quam indefesso studio  
 „plerique vestrum Constitutiones Apo-  
 „stolicas in Jansenii caussa editas exe-  
 „cutioni mandari procuraverint. Illud  
 „autem non mediocri gaudio animum  
 „nostrum perfudit; quod ex literis ex  
 „Gallia recens allatis, accepimus illo-  
 „rum indies crescere numerum, qui recte  
 „sayingunt, præfatis constitutionibus sese

C 5

„ultra

Sæc. XVII., ultro subjicientes; illorum vero  
 A.C. 1663 „crescere, qui a veritate auditum  
 „vertunt, & variis inanum interpre-  
 „tationum argumentis decepti, deci-  
 „tis Apostolicis refragantur. Is fu-  
 „„egregius sane laborum vestrorum fra-  
 „ctus; majoris scilicet & potioris pa-  
 „tis, ut multi, iique cæterorum no-  
 „mine primarii exemplo vestro, Con-  
 „silio & opera ad saniorem doctrinan-  
 „inducti, ea, qua par est, ut credi-  
 „mus, animi demissione fese parati-  
 „mos exhibuerint ad illa omnia pre-  
 „standa, quæ ipsis a Sede Apostolica  
 „præscribentur. Unde jam merito spe-  
 „rare possumus, juvante Domino,  
 „brevi fore, ut feliciter cæptum opus  
 „felicius perficiatis, præsertim si ut per  
 „dictas Constitutiones mandatur, in  
 „dictam executionem serio incumber-  
 „tes tandem obtineatis, ut omnes ex-  
 „dem fidei & charitate concordes in  
 „via Domini ambulent; implorato e-  
 „tiam, si opus fuerit, Regis Christia-  
 „nissimi subsidio, cuius in hac præ-  
 „sertim causa maximus Zelus mirum  
 „in modum enituit; quod re vera ut  
 „summa laude dignum reputamus, ita  
 „eidem maximæ gloriæ, & singulati-  
 „apud Deum merito versum iri judica-  
 „mus. Pergite igitur, VENERABI-  
 „LES FRATRES operi ultimam ala-  
 „, critæ

„criter manum admovere, & procu- Sæc. XVII.  
 „rare impense, ut omnes præfatis con- A.C. 1663.  
 „stitutionibus Apostolicis se, ut par-  
 „est, subjiciant; & quinque proposi-  
 „tiones ex Jansenii libro, cui nomen,  
 „Augustinus excerptas, & in sensu ab  
 „eodem Authore intento, prout illas  
 „per dictas constitutiones Sedes Apo-  
 „stolica damnavit, sincero animo rej-  
 „ciant, & damnent. Ad quod illa  
 „omnia remedia, quæ vobis pro exe-  
 „cutione earumdem Constitutionum  
 „efficaciora, magisque opportuna vi-  
 „debuntur, adhibere poteritis. Cæ-  
 „terum eximiam Charissimi Filii Nostri  
 „REGIS CHRISTIANISSIMI pieta-  
 „tem a nobis sæpius probatam & lau-  
 „datam animo recolentes, plurimum  
 „de illa nobis pollicemur; nec dubi-  
 „tamus potissimum, ubi opus erit,  
 „quin is ad frangendam nonnullorum,  
 „si qui remanserint, contumaciam, vo-  
 „bis auxiliares manus porrigere, &  
 „brachium Regium præstare dignetur.  
 „lli denique ac Fraternitatibus vestris  
 „benedictionem Apostolicam paterno  
 „animo impartimur. ,,

### §. XII.

#### *Jansenistarum declaratio circa deci- sionem juris & facti.*

Vix